



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi**

**Clagius, Thomas**

**Coloniae Vbiorvm, 1659**

XVIII. Tertium supplicii genus, artuum viscerumque cruciatus, vel ipsa  
etiam mors.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11544**

## C A P U T XVIII.

Tertium , & quidem gravius supplicii genus , artuum viscerumque  
cruciatus, vel ipsa etiam mors.

PROLUSIOLE hactenus videri potest divinæ æquitas  
justitiae, si ad ea, quæ jam referentur, quæque for-  
tasse aliis, in locum Lindensis Deiparæ sacrilegis, irro-  
gavit, respicere quis voluerit. Et quoniam proximum  
è pago Lachsdoja exemplum produximus, ad eun-  
dem cum Ciaritio pagum revertamur.

Ernestus Sartor, ut ille scribit, ex eodem pago Lachsda-  
ja, rapuerat Coronulas aliquot cereas, quæ ad locum sa-  
cram voto piorum delatae fuerant ; & domum reveniens,  
insolenter se efferebat apud loci Dominum : velle se, in-  
quiens, aliquot noctibus, ad lumen sublatorum cereorum,  
futuram suam egregiè promovere. Corripit Nobilis scele-  
rati homini factum; ipse vilipendit. Sed confestim eum di-  
vina ultiōis manus tetigit, pedes enim manusq; in spiras  
contrahuntur: illi gressui, hæ operi inutiles redduntur: &  
ed usq; acerrimo dolore convelluntur; donec alias coronas  
cereas emi, ad locum sacrum deferri, & reponi loco prio-  
rum curasset. Postquam hoc factum, membra etiam, cesso-  
te dolore, ad pristina officia revertuntur.

Magna hæc alicui videatur in sacrilegum pœna,  
sed multo erat illius major culpa, quemadmodum &  
Dei Deiparæ que, pœnam ita facile relaxantis, maxi-  
ma pietas & clementia. Non est eandem affecitus,  
qui proxime, ab eodem Ciaritio memoratur.

Homo quidam, inquit ille, extremè malus (Pomeranus  
suisse dicitur) nobilis cuiusdam è proximo Oeconomus,  
cum multis frequenter loco sacro contumelias, & verbo, &  
re in-

re intulisset; homines eō confluentes turbasset, dispulisset,  
convitii affectisset; pecuniam, cereosque votivos inde susti-  
lisset; suo tandem tempore, divina indignationis vim mal-  
gnus sensit. Nam propinquissimē ad sacra Lindae aream  
contracto cum opilione quodam levi iurgio, dum animi  
odiaque in crudescunt, miser ab opilione, glande plumbi  
bombarda traiectus, occubuit. Vbi ceteri cālum sibi con-  
liant, inde miserandus ad Orcum raptus est. Hoc uī & pro-  
ximum recensuit nobilis Christophorus Portugal; sanc-  
tus attestans, ita ut relatum, gesta fuisse.

Jam quod sequitur, ejusdem viri Nobilis testimo-  
nio subnixum ita memorat Ciaritius. Valerius Schaf-  
Minister verbi in pago Beselacensi (qui proximum loco faci-  
adiacet) transiens Aream Lindenensem tum desertam, corpus  
eandem oculo fœdavit. Verū repente, universa membra  
illius gravissimo dolore corripiuntur, dirissimè torquentur.  
Adhac infelix demens efficitur: & doloribus impar, inde-  
nenter clamabat, ut Area à se indignè conspurcata mundi  
retur. Quod simul ac factum est, continuo ille & valenti-  
ni membrorum, pristina, & usui rationis restitutus, sa-  
testabatur, se eundem locum singulari veneratione cu-  
rum; &, quibus posset, ne eundem violent, diligenter su-  
rum. Eum tunc divinitus tortum ob illatam sacro loco  
tumeliam, inviserat Michaël ab Hoggendorff, Index Os-  
ensis; & reverendissimo Domino Administratori Vene-  
nsi, octuagenario maior, multis praesentibus narravit. Re-  
terat Minister tam insigni miraculo ad fidem Catholicam  
emollitus fuisse; nisi en perfidia plus iusto obduruisse; cele-  
ritate brevi sublatu. Vix enim biennio exacto, celebrat  
apud Nobilem, in proximiorē pago, convivio, cū domus  
reverheretur, ultra modum se tendens, hinc indeque vi-

In deserta Lindæ violatores tertium supplicii genus.

241

sans, ac spumans, animam prægravatam epulis infelicit  
effavit.

Cui, ob lecro, infelicem hunc Ministellum compa-  
ress: Antiocho Regi sacrilego, qui ob Templum DEI  
Jerusalem pollutum & spoliatum, diro viscerum do-  
lore, & amaris internorum tormentis dicitur (a) extin-  
ctus? an verò impiissimo omnium hæresiarcharum  
Arrio, qui ut Beda (b) scribit, fusis per posteriora visce-  
ribus, cunctus finem hæretica docendi; & Hæreticis digna  
supplicia subeundi principium miserè invenit? Evidem,  
si & flagitia, & supplicia juxta componas, non mo-  
dò utrique illi verùm & Iudæ Iscarioti propè affi-  
nem dixerit: nam & cum Antiocho locum sacrum  
severissimo sacrilegio polluit; & cum Arrio atque Ju-  
da, ubi prius id, quod ipsi visceribus spurcius est, ef-  
fudisset, ejam animam infelicem, spumans atque in  
omnes se partes versans, incertum qua parte, effu-  
ditur scilicet agnosceremus (lubet enim S. Ambrosium  
(c) jam loquenter audire) similem Iudæ proditoris, Ar-  
ri quoq[ue] fuisse perfidiam, quem similis pœna damnavit; ef-  
fusa sunt enim & Arrii viscera; pudet dicere ubi. Atque  
ita crepit medius, prostratus in faciem, ea, quibus Chri-  
stum negaverat, sed a ora polluit. Quin & Sedulium,  
affine quiddam Poëticâ tubâ canentem audiamus:

Arrius infelix! qui curva per avia, rectum  
Flesterem natus iter, foveam delapsus in imam  
Corruit, & terti mersus perit imam profundi,  
Tam vacuus sensu, justæ quam tempore pœna  
Visceribus fusis vacuus quoque ventre remansit.

Q

Ec

(a) 2. Machab. 9.5. (b) ad I. Reg. 5. (c) lib. de fide  
cap. 9.

Et quid mirum, spuriissimum Prædicantem p  
nâ Judæ & Arrii dignum censeri, cùm eandem, iusto  
Dei judicio quanquam ob leviora tacitilegia, & Ge-  
tilis quidam, ob vala sacra impurius tractata, & Ar-  
rianorum nonnemo, ob sellam (quâ D. Athanasius  
Templo docens Alexandriae utebatur) convulsam  
jam olim sint experti? De hoc ipse S. Athanasius  
*(a)* Arrianus, inquit, juvenis ausus sellam ligneam Templa  
alexandrini convellere, fragmento ligni inde in ventre  
liente, intestina sua perforavit; & eâdem vi, quâ soli  
disrumpere conabatur, ruptâ alvo, intestina effudit;  
riusque quam ipse Thronum auferret, Thronus ei vitam  
stulit. De illo verò, S. Chrysostomus *(b)* Ausus, inqui-  
impuris manibus sacra vasa contingere; hos etiannon co-  
tentus, sed contumeliam ulterius progressus (vasa enim  
versis, & super pavimentum collocatis super ea, defudit)  
vestigio pœnas dedit. Illius enim verenda, vermiculos quo-  
tarunt; qui mordicus partibus putribus inhærebant; sibi  
illum ita demum, multis diebus absumptum, perdi-  
runt.

LIBE

*(a) in Epist. ad solit. vitam agentes. (b) lib. com.  
Gentiles.*